



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Matrimonium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

LIBERTAS ECCLESIASTICA.

Libertas ecclesiastica non dicitur violari, nisi in privilegiis uniuersalibus concessis à Deo Optimo Maximo, vel Papa, vel ab Imperatore: unde non dicitur violari privilegium concessum alicui Ecclesiæ particulari, Innocen. & Hostias, in cap. *noverit, de sent. excomm.* hinc fit, quod si fieret statutum, quod Ecclesia non audiat super decimis, vel non audiat super decem annos, vel quod Clerici non possint declinare forum laicale, hoc esset violari libertatem ecclesiasticam. Ratio est, quia primum est de iure divino, alterum Imperatoris, tertium summi Pontificis, Bal. in *Marg.* Innoc. in *ver. Ecclesia, quest. 1.* quod notandum pro clausula Bullæ Cænæ Domini, & praxi quotidiana, vide Panor. in *c. noverit, nu. 2. de sent. excomm.* vide Bart. Socin. *cons. 55. quod incipit, Vso decreto, col. 1. in fine*, ubi dicit, quod si statuto laicorum aufertur Ecclesiæ, quod si competit & iure communi, tale statutum esset contra libertatem Ecclesiæ, vide addit. ad Innoc. in *d. cap. noverit, num. 3. §. ---* secus verò; quando violaretur privilegium alicui Ecclesiæ particulari. Auth. *cassa, & irrita, C. de sacrosanct. Eccles.* & ibi Oldrad, & Cynus.

MATER ECCLESIAE.

Matrix Ecclesia, quæ dicatur, vide Abb. in *Clem. 1. num. 3. & 4. de sent. excomm.* & text. gloss. & Abb. in *cap. venerabili, de verb. sign.* ubi Parochialem Ecclesiam posse dici Matricem asserit.

MATRIMONIUM.

Primò, qui iuraverit aliquam ducere uxorem, si non subest impedimentum, eam ducere in uxorem per censuras ecclesiasticas compelli potest, *cap. ex literis, si. secundo, de sponsal.*

Secundò, quando non dubitatur de validitate matrimonii vel sponsaliorum, possunt partes, quæ promiserunt, compelli per iudicem secularem, ad observandum ea, gloss. in *cap. non est, in versi. uxorem, de sponsal.* Selva tra. de benef. 1. p. 9. 7. n. 12. Clem. de *sponsal. 1. par. c. 4.* etiamsi sine iuramento promississet, etiamsi secunda alia sponsalia, non iuramento contraxerit, quia tenetur ad prima sponsalia. Ratio est, quia obligatur sub pœna peccati mortalis observare prima, & iuramentum postea præstitum non potest, nec debet observari, cum videatur fovere peccatum, *c. veniens, & c. venientes, de iurejurand.* non obstat *c. requisi. eo* Ubi dicitur, quod cum libera debeât esse matrimonia, monendi sunt potius contrahentes, quam cogendi, cū exactiones difficiles soleant exitus frequenter habere: quia ibi gloss. in *fine* dicit, quod prius sunt monendi, & postea cogendi, & hoc maxima cum prudentia, quia multi sunt, qui ut libidinem suam expleant, promittunt cum iuramento interdum, vel sine illo, ducere miseras puellas in uxores, & postea eas relinquunt perpetuò diffamatas. Flor. Theol. 4. *Sent. de matrim. fol. 294.* Dixi, quando non subest impedimentum, quia quando quis haberet iustam causam recedendi

cedendi à contractu, posset; ut quia sci-
vit puellam esse malæ famæ, vel aliquid
huiusmodi, per ea, quæ dicit Sylvest. in
ver. Matrimonium, 3. §. 8. Nav. c. 22. num.
65. Soto 4. *Sent. dist.* 29. q. 2. art. 3. Covar.
loc. cit. n. 4. & seq. & in c. 2. eo tit.

Tertio, cum hæc materia sit locuple-
rissima, solum attingam ea, quæ sunt fre-
quentiori praxi indies consideranda.
Et primum, prout intelligentia *capitul.*
primi Con. Trid. sess. 24. *de reform.*
quod matrimonium potest dici triplici-
ter clandestinum. Primum, quando de-
ficiunt testes; secundò, quando præsen-
tia parochi; tertio, quando tres denun-
tiationes in Ecclesia. Primum si con-
trahitur sine testibus, licet cum præsen-
tia parochi, est clandestinum, irritum, &
nullum; similiter si cum testibus, & sine
præsentia parochi, licet cum præsentia
alterius sacerdotis, non tamen de licen-
tia parochi, vel ordinarii, est clandesti-
num, Conc. *loc. cit.* 8. *qui aliter*, Declara-
tio sac. Congreg. 68, ubi dicit, quod ab
Episcopo debet declarari irritum, &
nullum; si verò deficient denuntiationes,
dicitur clandestinum, Rebuff. *pract. be-
nef. in reg. de disp. in gr. prohib. gl. §. nu.* 54.
sed irritum, & nullum, & tenet matri-
monium, & hoc si omiffæ fuerint cum
licentia Ordinarii, vel sine illa, nam Or-
dinarius potest remittere unam, vel du-
as, vel omnes denuntiationes, si id sibi
expedire visum fuerit; Conc. *loc. cit. ver.*
quod si aliquando, Nav. c. 22. num. 70. no-
tab. 7. Covar. *loc. cit.* 2. *part. cap. 9. num.* 10.
tamen si postea oriatur impedimentum
aliquod impediens, & dirimens, filii in-
terim nati sunt illegitimi, etiam si ma-

trimonii impedimentum ignoraverint
antequam contraxerint, Soto 4. *Sent.*
dist. 28. *quæst.* 1. *art.* 2. *col.* 3. Covar. *loc.*
cit. num. 12. Sylvest. in *ver. Filius*, §. 9. *capit.*
tit. 2. *qui fil. sint legit.* quod non esset, si
non lequatur impedimentum, sed so-
lum peccarent mortaliter omittentes di-
ctas denuntiationes, sine licentia ordi-
narii, prout *suprà*. Sed notandum est,
qualiter sac. Conc. solum annullat ma-
trimonium clandestinum contractum
per verba de præsentibus, non autem spon-
salia per verba de futuro, quia ea relin-
quit in terminis juris communis, sac.
Congr. *decl.* 45. *facit c. odia, de re. jur. li.* 6.

Quartò, istæ denuntiationes, quæ fie-
ri debent tribus diebus continuis festi-
vis, an possent fieri diebus ferialibus
cum dispensatione Episcopi? Respon-
detur negativè, quia Episcopus non po-
test dispensare super constitutione Con-
cilii generalis, Sylv. in *ver. dispensatio*, nu.
24. §. 9. gl. & Doct. in c. *at si clerici, de iud.*
& Selva *loc. cit.* 4. p. q. 7. nu. 2. sed Concili-
um loquitur de diebus festivis, ergo non
potest diebus ferialibus, accedit declara-
tio sac. Congreg. n. 15. ubi asserit, hoc
non posse Episcopum.

Quintò, quando contrahitur matri-
monium inter duos diversarum paro-
chiarum, ubi debeant fieri denuntiationes?
Responderetur, quod Conc. dicit, de-
bere fieri à proprio contrahentium pa-
rocho, ubi ostendit debere fieri in am-
babus parochiis, quia loquitur in plu-
rali, & accedit declarat. sac. Congreg. nu.
67. & Abb. in c. *cum inhibito*, num. 7. *de*
cland. despons. ubi idem habetur.

Sextò, quid agendum, quando con-
trahi-

trahitur inter duos diversarum Diœcesium? Respondetur, quod debent fieri denuntiationes in ambabus parochiis, ubi degunt contrahentes, & Curatus parochiæ viri significare parochi mulieris (quia clarum est matrimonium debere contrahi, & solemnizari in parochia mulieris, ut patet doctrinis vulgaribus, & usu frequentiori) se fecisse tres denuntiationes, & nullum, vel aliquod se invenisse impedimentum, colligitur ex verbis superioribus Concilii, & ex declarat. prædicta, tamen Navar. *conf. 1. desponsal. numer. 2.* dicit posse contrahi matrimonium, vel in parochia viri, vel mulieris, & tunc alterius parochi præsentia sufficit, & sic ait fuisse responsum à sacr. Congreg. requiritur etiam ut Ordinarius diœcesis viri significet authentico documento Ordinario, vel parochi uxoris, quatenus vir est solutus omni vinculo matrimoniali, seu legali, & colligitur ex *Conc. ead. sess. 6. 7. de reform. matrim.*, & ex *Panor. loc. cit. num. 7.* nec miretur quis quod Conc. loquatur de vagabundis, quando vagabundus reputari debet in hoc genere ille, qui est alterius Diœcesis, ob certitudinem huius sacramenti: quamvis de rigore juris ille propriè dicatur vagabundus, qui certum non habet domicilium, *gl. in l. prima, §. prætor, de dam. infect.* *Guid. Pap. 202. num. 2.* & *Bar. in d. l.* & hoc notent locorum ordinarii, quia multi errores nascuntur ex hoc non adimpleto & sæpe habui in facto, & nisi adhibita fuisset diligentia, error profectò ortus fuisset, & si fides Ordinarii haberi non poterit, sufficit probatio testium fide dignorum,

quæ capi debet per curiam Episcopalem, ubi matrimonium contrahitur, & sic frequentiori usu observatur, & rationi videtur consentaneum, impossibile enim esset in Italia, expectari fidem Ordinarii ab Hispania, vel Gallia, & quia magis credendum est voci vivæ, quam mortuæ, prout dixi in *ver. instrumentum, §. 6.* Facit quod dicit *Gem. in c. si quis iusto, §. absens, notab. 2.* ubi dicit, quod extraneus dicitur ille, qui non est de capitulo, per illum *tex.*

Septimò, quando contrahitur matrimonium inter duos alienigenas, & non à parvo tempore in parochia habitantes, qui tamen sunt cogniti, quod sunt de comprehensis inter vagabundos, proprius eorum parochus esse intelligitur, in cuius parochia contrahunt, ita censuit sac. Congreg. *declara. 69.*

Octavò, quid agendum, quando aliqui contraxerunt clandestinè, & consummaverunt? Respondetur ex eadem sac. Congreg. *declarat. 73.* quod si nullum aliud obstiterit impedimentum, absque aliqua alia dispensatione possunt, & debent de novo contrahere in facie Ecclesiæ, servatis requisitis sacri Concilii, *ut sup.* & tam ipsi contrahentes, quam qui præsentibus fuerunt primo matrimonio clandestino, graviter sunt puniendi pœnâ arbitrariâ, pro quo faciunt quæ notat *Cov. loc. cit. 2. par. c. 6. n. 12. ver. 1.*

Nonò, quia dictum est superius, episcopum posse ex causa remittere denuntiationes prædictas, dubitatur quænam sint causæ huiusmodi. Respondetur primò, quod nò potest dari certa regula. Secundo quod prima potest esse, quando

Qq 2 propter

propter publicas denuntiationes matrimonium posset malitiosè impediri, tunc illis prætermittis, potest contrahi matrimonium cum præsentia parochi, & coram duobus, & tribus testibus, quo facto, antequam deveniatur ad consummationem, semel vel bis erunt faciendæ denuntiationes, ita censuit sac. Congreg. decl. 3. & ita in facto fuit responsum à sac. Congreg. Episcopo Lucensi declarat, 492. in mois, in hæc verba: *Quod expostum est sanctissimo Domino nostro, istius Republicæ nomine, publicas denuntiationes, à sac. Trid. Conc. directas ad malorum eversionem, quæ à clandestinis connubiis oriebantur, isthic ab improbis & malevolis arripit, tanquam occasionem diffeminandi falsos rumores, & impediendi matrimonia, propterea eius Sanctitas ex decreto etiam Tridentini Concilii, isti incommodo ita medendum esse iudicavit, quoties amplitudo tua pro sua pietate ac prudentia probabilem suspicionem esse intelliget, publicis us denuntiationibus matrimonia malitiosè impediri posse, illis omissis, coram parochio, vel alio sacerdote de ipsius parochi, vel amplitudinis tue licentia duob. vel tribus testibus adhibitis, per verba de præsentem matrimonium celebrandum curabit, quo facto, ante matrimonii consummationem, nisi necessaria causa obstuerit, quemadmodum etiam à Concilio statutum est, semel aut iterum, iam denuntiationem fieri iubebit, sacrumque istud negotium pro Dei gloria, & animarum salute gubernabit, quam Deus, &c.* Secunda est vicinitas temporis, quo prohibita sunt nuptia, ita sac. Congr. decl. 15. licet Conc. Mediolan. Prov. fol. 128. de sac. mat. §. matrimonii,

causâ hanc non admittat, per rationem quam affert, sed tenendum est cum sac. Congreg. Tertia causa, quando nobilis cum ignobili, dives cum paupere, senex cum adolescētula contraheret. Nav. cap. 22. num. 70. not. 5. & sic habes quinque de causis posse Episcopum relaxare denuntiationes prædictas, ad quas alix possent reduci.

Decimò, dubium est quotidie practicabile, quot testes requirantur ad impediendum matrimonium, & sic necesse sit, vel summi Pontificis dispensatione, si est impedimentum circa quartum gradum inclusivè, vel Episcopali declaratione, si in quinto gradu, secundùm quorundam stylium Curiarum. Respondetur primò ex Abb. loc. cit. numero 1. & in cap. tua, num. 3. de cognat. spirital. quod si unus testis dicat, se audivisse impedimentum, quod tamen probat enon possit, tunc non impeditur matrimonium. Secundò, ex gloss. in cap. quous, in ver. credere, de test. quod non valet testimonium de auditu, si ve de credulitate, immò necesse hab. dicere, quod testes viderint personas omnes in consanguinitate, designando gradus ex utroque latere, vel saltem aliquas personas in gradibus, aliter non valeret. Idem confirmatur in cap. licet, il. 2. de testib. ubi dicitur, quod testes debent esse tales, qui vel deponant, se accepisse à suis maioribus & credere ita esse, nominando personas expressis nominibus, imò nec hoc sufficere, nisi dicant se vidisse personas, saltem in uno gradu, & gloss. exponit in ult. vel in gradu proximo, ut in quarto, vel remoto, ut in primo. Tertiò gloss.

in cap. testes, in ver. audierunt, 3. q. 9. & glo. in cap. de parentela, in ver. divorso, 3. q. 6. & gl. in c. super eo, de consanguin. & affinit. in ver. fama, dicit, quod plus facit fama, quam dictum unius, ubi iuramentum intervenit. Quarto, Covar. loc. cit. 2. p. c. 7. §. 10. nu. 2. usque in finem dicit duo. Primum, quod fama magis prævaleret, quam duo, quorum alter, qui de scientia testimonium perhibet, non jurat, alter vero etiam jurat, tamen asserit se ita audivisse. Secundum, quod unus testis de auditu sufficit ad impediendum matrimonium, & causandum, ut sit opus dispensatione, si testificetur juxta formam expressam in dicto c. licet, il. 2. de test. Nav. c. 22. n. 83. dicit sufficere etiam unum testem, ad impediendum matrimonium contrahendum, per cap. præterea, il. 2. de spon. ex quibus omnibus ego colligo has conclusiones, primam, si dum parochus facit denuntiationes in Ecclesia, insurget fama quod inter contrahentes est tale impedimentum talis gradus, quod tunc opus est dispensatione, ista patet ex dictis. Secunda conclusio, si unus testis, & testificaretur his cum circumstantiis, Prima, cum iuramento, quod non odio, amore, timore, vel commodo in causa ista testificetur. Secunda, assignando gradus ab utroque latere. Tertia, quod audierit à suis majoribus. Quarta, se vidisse personas saltem in postremo gradu, quod tunc causaret impedimentum, ista patet ex d. c. licet. & ex Cov. loc. cit. Tertia conclusio, quando existeret unus testis, & deponeret ex auditu, & nihil assereret de visu, licet assignaret arborem ex utroque latere, si nulla

alia fama vel indicia accederent, non impediretur matrimonium, c. una nos, de consan. & affin. Quarta conclusio, si insurgeret fama de impedimento, tamen nullus assignaretur gradus, quod tunc nec causaret impedimentum. Ratio est, quia fama interdum oritur ex incerto auctore, & esset, ac si multi deponeret de auditu, & nullum assignarent gradum, & ita est intelligenda prima conclusio. Quinta conclusio, cum hic non possit un de qua que dari certa regula, relinquatur a bitrio Judicis, Covar. loc. cit. nu. 22. facit c. super eo, de consang. & affin. & ibi gl. in ver. famam, Navar. in c. Sacerdotes, de pœn. d. 6. nu. 27. glo. in c. nuper, de test. Sexta conclusio, ubi adesset dubium, tunc Judex habebit materiam inquirendi, an id probari possit, nec ne, quod etiam innuit Abb. in d. ca. cum inhibitis, nu. 1. dicens, Si autem aliquid rationabile obiectum fuerit contra matrimonium contrahendum, contractus interdicitur expressè donec impedimentum probetur, nec obstat c. super eo, de test. quia ibi mater erat bene informata, & probabat fore, prout in d. c. licet. Secundo, responderetur cum gl. in d. c. nuper, in fine. quod sufficeret, quoad præsumptionem, sed non quoad plenam probationem, vide Innoc. in cap. inquisitionis, nu. 5. de accusat. vide Bal. in Marg. Innoc. in ver. mater, ubi pulchra dicit de hac materia, vide Vinc. de Anna, singul. 102. Alex. cons. 82. col. 1. vol. 5. Gram. decis. 48. num. 13. Nav. in c. penult. num. 27. de pœn. d. 6. dicit unicum testem in hac materia facere plenam probationem; & Caputaq. decis. 208. ubi habes, quod confessio

conjugum unâ cum fama, probat impedimentum, & quoad dissolutionem matrimonii non sufficit publica vox & fama, & testes qui inducuntur in causa matrimonii, debent esse omnifexceptione majores, sicut in criminalibus, *cap. 1. de consang. & affinit. & ibi gloss. in ver. idoneus*, Caputaq. *decis. 276. p. 3.* Facit quod *Cap. Tolos. q. 171.* & ibi Addit. ubi ait in materia matrimonii uni testi dari juramentum suppletorium, & *in q. 172.* dicit matrimonium probari per unicum testem & famam, si non fiat alteri matrimonio præjudicium, & ibi Addit. & *Nav. conf. 2. de consang. & affinit.* dicit non impediri matrimonium contrahendum, unico teste asserenti se ab alio audivisse, eos esse cognatos, idem, si secundus testis deponat, se nolle jurare, secus si plures deponerent, se à pluribus audivisse, vel unus tantum deponeret cum juramento.

Undecimò, ex sponsalibus antiquis oriebatur impedimentum justitiæ publicæ, honestatis, usque ad quartum gradum, *c. ad audientiam, c. sponsam, de sponsal. Sylvest. in ver. matrimonium, 8. §. 14. Navar. c. 22. n. 57.* tamen hodie non excoelit primum gradum; *Conc. Trid. sess. 24. cap. 3. de refor. matrim. Navar. loc. cit. & hoc quando ista sponsalia sunt valida, secus verò si nulla, quæ quando sint valida, vel invalida, vide inferius in ver. sponsalia, nu. 3.*

Duodecimò, ex matrimonio rato, i. solum contracto per verba de presenti, oritur impedimentum usque ad quartum gradum, *D. Tho. in addit. 3. p. 9. 55. q. 4. Sylv. loc. cit. Sot. 4. sent. d. 41. q. nnic.*

ar. 2. concl. 2. Angel. in ver. matrimonii impedimentum 14. & ratio est, quoniam à sac. Conc. solum ardeatur istud impedimentum in sponsalibus & non in matrimonio rata, & à jure antiquo non est recedendum, nisi quatenus exprimatur in novo, *l. precipimus, C. de appellat.*

Decimotertio, ex coitu fornicario contrahebatur affinitas usque ad quartum gradum, *D. Tho. loc. cit.* sed hodie per sac. Con. *Trid. loc. cit. cap. 4. de refor.* non excoelit secundum gradum; adest *Bulla Pii V. incipiens, Ad Rom. Pontificem, sub datum Romæ 1566. quarto Kalendas Decembris.*

Decimoquarto, quia superius mentionem fecimus de testibus circa probandum graduum impedimentum in causa matrimoniali, non erit inutile scire, an testes possint esse consanguinei, vel affines ipsorum contrahentium, & hoc poterit deservire etiam pro examinatione dispensationum matrimonioium & clericorum ordinandorum ad sacros ordines circa ætatem & alia requisita, prout dixi *in ver. dimissoria, §. 2. & in ver. ordo, §. 2.* & relictis disputationibus, videtur quod sic, per *c. super eo, il. 2. de testib. vide Aret. ibidem, col. 5. conf. 13. col. 24. & seq. & Felin. ibi. col. 14. facit l. de etate, ff. de minor. Rebuff. in præct. benef. & for. ut. conf. versic. 9.* & hoc clarè tenet *Innoc. in d. capitulo, super eo, de test. imò quod etiam pater possit testificari, Vinc. Franch. decis. 119. numero 10.* & hoc clarè tenet *Innoc. in capitulo super eo, de test. imò quod pater, & consanguinei, & Bald. in Marg. Innoc. in ver. mater, & Caputaq. decisio.*

decisio. 31. 4. p. 1. vide superius, in ver. etas, licet Speculator dicat, patrum non potestificari super consanguinitate nepotis, Caputaq. *decisio. 269, idem Navar. consi. 8. de temp. ord.*

Decimoquintò, in multis locis adest abusus, quòd matrimonium consummetur antequam factæ sint publicæ denunciations in Ecclesia, seu post, & antequam contractum sit per verba de præfenti, juxta formam sac. Concilii. Ideo animadvertere poterunt locorum Ordinarii tollere hunc abusum omninò, & qui commiserint, seu in posterum committent tale, puniri debent pœna stupri, ita censuit sac. Congreg. *declar. 58. & aliâ, quæ est 27. censuit, quod possint puniri pœna arbitraria, & aliâ quæ est 75, idem censuit, idèò ita debere practicari, ut factis sponsalibus, quamprimum unico contextu faciant contrahi per verba de præfenti, & accedat sacerdotalis benedictio, Hostiens. in Sum. tit. de offi. ordin. §. sunt autem quadam cum suis allegatis.*

Decimosexto, licet verum sit, causas matrimoniales spectare ad judicem ecclesiasticum, prout Conc. Trident. *sess. eadem, Can. ultimo, & hoc patet.* Primò, quando tractatur de divortio ex aliqua causa, Covar. *de sponsal. 2. parte, capitulo septimo, §. 6. numero 8.* Secundò, quia judex ecclesiasticus potest esse judex competens ad cognoscendum de adult. Foller. *in fragm. 198.* Tertio, de dote, quando est connexa cum matrimonio, Gloss. *in capitulo, si annum, in ver. dependentibus, de jud. libro 6. & ibi Gomez. num. 20. & gloss. in reg. juris, eo.*

libro. capitulo 1. 2. §. 3. de donat. inter vir. & uxor. Sylvest. in ver. dos, §. 14. ver. 7. Innoc. *in cap. 1. numer. 3. usque non contest.* Quarto, quando vir nollet exhibere uxori affectum maritalem, Abb. *in cap. clarissimus, numero 3. de convers. conjug.* tamen judex secularis potest compellere partes ad servanda matrimonia, quando de matrimonio, & de sponsalibus non dubitatur, gloss. & Abb. *in cap. non est.* Vinc. de Franch. *decisio 36.* similiter potest compellere ex officio patrem ad maritandum filiam, si est nubilus, Bocr. *decisio. 13. num. 4. & 5.*

Decimoseptimò, an Episcopus possit dispensare, ut temporibus prohibitis ad celebrandas nuptias, sponsus traducat domum sponsam, & contrahat per verba de præfenti cum benedictione annuli, etiam cum consummatione, sine copula, vide Navar. *capitulo 22. numer. 71 in fin. Cajetan. in Sum. in ver. matrimonium, §. septimum caput, & est communis opinio omnium modernorum quod sic. Ratio est, quia tam cap. Capellanus, de feriis, quàm sac. Con. Trident. prohibuit solemnem sacerdotalem benedictionem, quæ fit in Missa, & in traductione solenni sponsæ in domum sponsi.*

Decimooctavo, filii nati pendente judicio, super separatione matrimonii, an dicantur legitimi, vide Vinc. de Franch. *decisio. 130.*

Decimonono, Episcopus potest procedere per viam inquisitionis contra utentes matrimonio clandestino, Navar. *consi. 7. de offi. ordin.*

Vigesimo, si aliquis prius contaxe-

rit

rit sponsalia cum aliqua, & postea matrimonium cum altera, parochus non deberet adesse celebrationi secundi matrimonii, nisi prius declaratur per Episcopum, prima sponsalia esse dissoluta, Navar. *confi. 8. de sponsal.*

Vigesimoprimum, si matrimonium contrahatur coram parochio, & testibus, non adhibitis aliis solennitatibus, nempe tribus denuntiationibus & licentia Episcopi, tenet matrimonium, sed tam parochus ipse, quam testes possunt castigari. Navar. *confi. 3. de secund. nupt.*

M A R I T U S.

PRimum, Maritus, qui ante matrimonium promiserat facere renunciare uxorem, non tenetur, posteaquam eam duxerit in domum suam, Boet. *decisio. 3. nu. 16.* secus si hoc iuraverat adimplere, quia obstat exceptio iuramenti, *capitulo 3. de pact. & capitulo secundo, de iure iuran. & Dyn. in cap. non est obligatorium de reg. iur. libro 6.* Quid si pactum fuerit iuramento vallatum, vel quid si filia iurasset patri de non petendo hereditatem, sed esse contentam dote, an teneatur servare dictum pactum, & quid de heredibus ipsius filiae iurantis, an teneatur stare dicto pacto, & iuramento, ex vi pacti, an ex vi iuramenti. Vide text. *Glossam & Gemin. in capit. quamvis. de pact. lib. 6.*

Secundò, si nullam habuerit dotem maritus, an, & quando teneatur alere uxorem durante litigio, vel extra domum, si inde aufugerit causa sævitiæ viri: & aliqua quamplurima de hac ma-

teria, vide Guid. Pap. *q. 439.* & Innoc. *de c. per vestras. de donat. inter vir. & ux. & ubi etiam tenet, quod nulla habita dote, maritus teneatur alere uxorem, Bal. in Marg. Innoc. in ver. maritus, q. 1.* Navar. *in confi. 50. nu. 3.* videtur dicere, quod maritus cui fuit promissa dos, & non soluta, non tenetur ducere uxorem, donec ei illa solvatur, imò & acceptatam potest expellere, per *c. per vestras, de donat. inter vir. & uxor. & ibi Panor. nu. 4.*

Tertiò, an & quando uxor teneatur sequi virum, vide Sylvest. *in ver. uxor. & quando possit eam verberare, vide ibidem, & Navar. capitulo decimoquarto. nu. decimonono, notab. 2. & 3.* quando maritus præsumatur mortuus, uxore volente transire ad secunda vota, vide *c. in presentia. & ibi. Scribentes, de sponsal. c. cum per bellicam. 34. quæst. 1.* Tabien. *in ver. impedimentum, 10.* Navar. *c. 22. n. 55.* Iser. *in n. sib. feud. in capitulo quo tempore miles numer. 6.*

M E T R O P O L I T A N A E C C L E S I A.

Ecclesia Metropolitana non dicitur Cathedralis, vel Matrix, respectu totius provinciæ, sed solum respectu suæ diocesis, cuius respectu singulari dicuntur Cathedrales, Abb. *in Clem. 1. n. 8. de sent. excom.*

M I S S A.

S U M M A R I U M.

1 Ubi, quando, & de quo Sancto debeat celebrari.

2 Quo